



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitvtiones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

De Scientiis, Qvæ tradendæ sunt in Vniuersitatibus Societatis. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68489)

*lasticorū numerum allicere non potest; alijs prerogatiuis
& priuilegijs vt id compensetur, curandum est.*

DE SCIENTIIS, QUÆ
tradendæ sunt in Vniuersitatibus
Societatis. Cap. XII.

CV M Societatis atque studiorum scopus sit, pro-
ximos ad cognitionem & amorem Dei, & salu-
tem suarum animarum iuuare; cumque ad eum fi-
nem, medium magis proprium sit facultas Theolo-
giæ: in hanc potissimum Societatis Vniuersitates
incumbent; ac diligenter per idoneos admodum
Præceptores, quæ ad Scholasticam doctrinam, & sa-
cras Scripturas pertinent, ac e-
tiam expositiua quæ ad hunc fi-
nem nobis præfixum conueni-
unt (non attingendo tamen e-
am partem Canonum, quæ fo-
ro contentioso inseruit) pertra-
ctabunt.

2 Et quia tam doctrina Theolo-
giæ, quàm eius vsus exigit (his
A præsertim temporibus) * littera-
rum humaniorum, & Latinæ,
ac Græcæ, & Hebraicæ linguæ co-
gnitionem: harum etiam idonei
Professores & quidem iusto nu-
B mero constituentur. * Aliarum
præterea

IN CAPVT
XII.

A **S**UB litteris
humaniori-
bus præter Gram-
maticam intelligen-
tur quod ad Rhe-
toricam, Poesim
& Historiam per-
tinet.

B **C**um in ali-
quo Collegio, vel
Vniuersitate eò
specta-

*ſpectaretur; vt homines ad Sara-
cenos, vel Turcas
iuuandos præpa-
rarentur: Arabi-
ca lingua, vel Cal-
daica conueniret;
cùm ad Indos, In-
dica; & ſic de alijs
dicendum, quæ
eſſe poſſent alijs
in regionibus ob ſi-
miles cauſas, uti-
liores.*

C *Tractabitur
Logica, Phyſica,
Metaphyſica, Mo-
ralis ſcientia, &
etiam Mathematica;
quatenus ta-
men ad finem no-
bis propoſitum cõ-
ueniunt.*

*In legendo & ſcribendo alios inſtituere, opus etiam
charitatis eſſet; ſi is perſonarum numerus Societati ſup-
peteret, vt omnibus vacare poſſet: propter earum
tamen penuriam hoc ordinariè docere non con-
ſueuimus.*

præterea linguarum, qualis eſt
Caldaica, Arabica, & Indica,
vbi neceſſariæ vel vtilis ad dictũ
finem viderentur, habita regio-
num diuerſarum, & cauſarum,
quæ ad eas docendum mouent,
ratione, poſſent Præceptores con-
ſtitui.

Sic etiam quoniam * Artes, C
vel Scientiæ naturales ingenia di-
ſponunt ad Theologiam, & ad
perfectam cognitionem & vſum
illius inferuiunt, & per ſe ipſas ad
eundem finem iuuant; qua dili-
gẽtia par eſt, & per eruditos Præ-
ceptores, in omnibus ſyncerè ho-
norem & gloriam Dei quæren-
do, tractentur.

Medicinæ, & Legum ſtudiũ vt à 4
noſtro Inſtituto magis remotũ in
Vniuerſitatibus Societatis vel nõ
tractabitur; vel ſaltẽ ipſa Societas
per ſe id oneris non ſulcipiet.

DE

IN CAPVT